†Reimbaldus<sup>c</sup> archipresul Arelatensis. †Rostagnus archipresul Aquensis. †Guinandus archipresul Ebredunensis<sup>d</sup>. Guilielmus archipresul Auxensis. †Radulfus Caballicensis<sup>e</sup> episcopus. †Rostagnus Auinionensis episcopus. †Petrus<sup>f</sup> Vasionensis episcopus. †Alfantus Aptensis<sup>g</sup> episcopus. †Giraldus Sistercensis episcopus. †Drogo<sup>h</sup> Masconensis episcopus. †Guilielmus Tolonensis episcopus. †Petrus Airensis episcopus. †Reimundus Nicensis episcopus. †Ugoni Senhensis<sup>i</sup> episcopus. Poncius Glandauensis<sup>k</sup> episcopus. †Berengerius Agatensis episcopus. †Froterius<sup>l</sup> Nemausensis episcopus. †Frotardus<sup>m</sup> Albiensis episcopus. Ugo Uzeticensis episcopus. Goderandus Sanctonensis<sup>n</sup> episcopus. †Bernardus Consoroanensis episcopus. †Frotardus<sup>o</sup> abbas Tomeriensis. †Bernardus Massiliensis<sup>p</sup> abbas. †Ugo Chuniacensis<sup>q</sup> abbas.

Data uel facta hec charta donationis uel absolutionis anno millesimo LXVIII<sup>r</sup> ab incarnatione Christi, indictione VI.<sup>s</sup>

Bernardus archileuita rogatus scripsi sub die et anno quo supra.

Simili<sup>1</sup> modo ego †Guilielmus episcopus dono et laudo hanc suprascriptam absolutionem exceptis his, qui pro<sup>t</sup> propriis uitii<sup>u</sup> fuerint excommunicati. Et ego<sup>c</sup> †Iordanus simili modo dono et laudo. Et ego Arnallus pontifex similiter confirmo et laudo. ✠

<sup>1</sup> Diese drei Unterschriften sind wohl später hinzugefügt worden. Um welche Bischöfe es sich handelt, steht dahin.

## VI.

Kardinallegat Hugo Candidus vom Titel San Clemente verkündet allen Fürsten, Bischöfen, Äbten, Geistlichen und Laien Spaniens, daß er auf der mit 8 Bischöfen und 12 Äbten abgehaltenen Synode zu Gerona der Kirche San Miguel de Fluviá in der Grafschaft Empurias ihren Besitz bestätigt und unter Androhung des Anathems verboten habe, sie zu schädigen.

Gerona 1068 November 24 (oder Dezember 1)

Kopie vom 6. Februar 1330 [B] und Kopie saec. XV [C] im Archiv der Herzöge von Medinaceli in Madrid (nach Abschrift von Dr. P. RASSOW).

Diese zweite Urkunde des Hugo Candidus für das zwischen Gerona und Figueras am Fluvián gelegene Michaelskloster (vgl. Papsturkunden in Spanien I 159) hat PUJADES, *Crónica universal* VII 499 ff. aus dem angeblichen Original im Archiv der Grafen von Empurias in Castellon ausführlich zitiert; er behauptet, selbst eine alte Abschrift der Urkunde besessen zu haben (VII 502). Diese haben wir vergeblich gesucht, jenes aber endlich im Archiv der Herzöge von Medinaceli, an die das Archiv der alten Grafen von Empurias bekanntlich gelangt ist (vgl. A. PAZ Y MELIA, *Archivo y biblioteca de la Casa de Medinaceli I*, Madrid 1915), gefunden, dank der freundlichen Vermittlung von Herrn Prof. H. Obermaier. Seltsamerweise ist die ausführliche Erzählung des PUJADES, obwohl sie für die Geschichte der Legation des Kardinals Hugo Candidus und für die von ihm im

<sup>a</sup> nimo.      <sup>b</sup> wohl statt hac litterarum descriptione oder per hanc.      <sup>c</sup> Reamballus.      <sup>d</sup> Ebridunensis.      <sup>e</sup> Caballilcensis (Cavaillon).      <sup>f</sup> Pcerus.      <sup>g</sup> Attensis.      <sup>h</sup> Drego.      <sup>i</sup> statt Sanecensis (Sénez)?  
<sup>k</sup> Glindmennis (Glandèves).      <sup>l</sup> Proterius.      <sup>m</sup> Frontardus.      <sup>n</sup> Scês (Saintes).      <sup>o</sup> Frontardus.  
<sup>p</sup> Mansiliensis.      <sup>q</sup> Cumacensis.      <sup>r</sup> mill. LXIII.      <sup>s</sup> feria.      <sup>t</sup> per.      <sup>u</sup> uicis.      <sup>v</sup> lego.



*J. 1068 in Anwesenheit des Grafen Raimund Berengar I. von Barcelona und der Gräfin Almodis abgehaltenen Synode (edd. España Sagr. XLIII 477 n. 48; VILLANUEVA, Viage liter. XIII 261 n. 25; Cortes de los antiguos reinos de Aragón y de Valencia y del principado de Cataluña I 46 n. 2) wichtig ist, soviel ich sehe, ganz unbeachtet geblieben. Als Datierung gibt PUJADES VIII kal. decembris. Was die Unterschriften anlangt, so sind sie z. T. dieselben, die unter den bekannten Konzilsakten stehen; nur muß es statt Bernard von Gerona heißen Berengar. Bemerkenswert ist, daß der Bischof Salomon von Roda hier den Titel eines Bischofs von Tarazona führt.*

Hu(go) Candidus sancte Romane ecclesie cardinalis omnibus tocius Ispanie principibus episcopis abbatibus ceterisque religiosis clericis uel laicis in fide Christi persistentibus honorem et pacem et apostolicam benedictionem. Anno incarnationis Domini millesimo LX<sup>o</sup>. VIII<sup>o</sup>, indictione . . . octauo<sup>a</sup>) kal. decembris, regnantibus principibus scilicet Raimundo Berengarii Barchinone et Poncio comite Impurie<sup>b</sup>, in sancta synodo, quam apud Gerundam tenuimus, ab VIII<sup>o</sup> episcopis et XII abbatibus catholicis et religiosis hoc opus sciatis esse confirmatum. Que confirmatio hec est, ut ecclesiam beati archangeli Michaelis iuxta flumen Fluuiam positam in comitatu Impuriensi<sup>c</sup> et sibi appenditia, presentia uel futura, nullus audeat depredare<sup>d</sup> uel deuastare uel aliquo malo effectu bona sibi tradita diripiendo<sup>e</sup> perdere. Qui uero amore et reuerentia omnipotentis Dei ecclesiam supramemoratam honorifice tractauerit, a pio remuneratore Iesu Christo et a nobis donum percipiat eterne benedictionis. Qui uero, quod non optamus, diuine legis ignarus et ferreus<sup>f</sup> sibi malefactor extiterit, iaculo maledictionis, id est ultimo anathemate, nisi resipuerit, subiacebit. Fiat!<sup>g</sup>

Ego Hugo Candidus cardinalis Romanus presbyter tituli sancti Clementis subscripsi et confirmaui.

Ego Guifredus<sup>h</sup> sancte prime ecclesie Narbonensis archiepiscopus humillimus subscripsi.

Ego Guilelmus Convenarum episcopus ss. † Ego Salomon Tirassone episcopus ss. † Ego Guilelmus gratia Dei Urgellensis episcopus ss. † Bernardus<sup>i</sup> gratia Dei Gerundensis episcopus.

## VII.

*Die Kardinäle der römischen Kirche stellen auf Befehl Gregors VII. die Bußordnung für Pedro Ramon, den Mörder seiner Stiefmutter, der Gräfin Almodis, fest. (1073)*

*Die merkwürdige Urkunde, welche PRÓSPERO DE BOFARULL, Los condes de Barcelona vindicados II (1836) 48, aus dem Archiv des Klosters S. Maria de Ripoll herausgegeben hat, ist, soviel ich sehe, von den Kirchenhistorikern unbeachtet geblieben, obwohl sie besonders für die Geschichte des Kardinalskollegs und seiner Funktionen von Bedeutung ist. Es handelt sich um die Ermordung der Gräfin Almodis, der zweiten oder dritten Gattin des Grafen Raimund Berengar I. des Alten von Barcelona, durch ihren Stiefsohn Peter Raimundi (Pedro Ramon) am 17. November 1071.*

Modus penitentie, quam iussu domni Gregorii septimi pape dederunt Petro Raimundi cardinales sancte Romane ecclesie magis misericorditer quam canonico rigore pro interfectione Adalmodis, eius uidelicet nouerree, ut uiginti III annis peniteat, duodecim scilicet extra ecclesiam absque osculo pacis et communionem corporis et sanguinis Domini, nisi

<sup>a</sup> es fehlt septima; es stand wohl im Original septima, octauo kal. decembris.

<sup>c</sup> Impurianensi C.

<sup>d</sup> depredari C.

<sup>e</sup> diripiendo B C.

<sup>f</sup> feruens C.

<sup>b</sup> Impuriarum C.

<sup>g</sup> hier endet C.

<sup>h</sup> Gisfredus B.

<sup>i</sup> so wohl statt Ber(engarius).



forte timore mortis. Carnes et sagimina nisi die dominica, III et V feria non manducabit; ab octauis pentecostes usque kalendas octobris omni quarta feria uinum et pulmentum quadragesimale sumens una uice manducabit, omni uero VI feria in pane et aqua abstinebit; a kalendis autem octobris usque ad caput ieiunii II<sup>a</sup>, III<sup>a</sup> feria et sabbato semel in die manducans et uinum per eleemosinam trium pauperum redimens, nisi in magnis festiuitatibus a caseo et ouo, sicut in XL<sup>a</sup>, abstinebit. Carcerem quoque XL dierum a festo sancti Martini usque natale Domini redemptione captiuorum, prout potuerit, excusabit; maiorem uero quadragesimam a capite ieiunii usque in pascha oportet, ut in carcere faciat iuxta oratorium seruorum Dei, ubi die noctuque debitas Deo laudes audiendo et exequendo persoluens, orando et ieiunando, uigilando et plorando, in timore et silencio discalciatiis pedibus in cinere et cilicio sedebit. Arma militaria nullo modo portare debet, nisi forte se ab hostibus defendendo aut contra Sarracenos in prelium equitando. Exilium quippe Ierusalimitanum, postquam placato patre in terra natiuitatis sue secure manserit, arripiendum precepimus. Huius autem ordo penitentie tam priorum XII annorum quam subsequentium secundum fructum digne satisfactionis habebit remedium Deo miserante a pontifice Romane et apostolice sedis iuxta quod uisum fuerit in . . . . . penitente cor contritum et humiliatum, quia uoce prophetica spiritus contribulatus approbatur Deo acceptabile sacrificium. Oportet . . .<sup>a</sup> religiosos uiros, apud quos manserit, pie discernere, si molestia corporalis infirmitatis predicto penitenti acciderit uel si dies magne festiuitatis occurrerit, siue quilibet sacerdotum, immo episcoporum catholicorum salutare hostias Deo pro eodem offerre contenderit uel si quid pretii ipse aut quilibet fidelium pro ipso pauperibus piusue locis erogare studuerit, quousque Romam Deo . . . . . tio reuertatur, quid agendum uel indulgendum sit illi. Reddidit sibi Dom[inus] . . . . . introitum ecclesie, quousque ad terram suam cum pace redeat.

## VIII.

*Albert Kardinalpriester von S. Sabina an Bischof Pontius von Roda und Barbastro: antwortet auf die ihm durch Bonifaz (von Conques?) überbrachten Fragen, zu deren Beantwortung er den Kanonisten Mauritius, Kardinalbischof von Porto, und die anderen Kardinäle herangezogen habe, und deren Fassung vom P. Paschal II. gebilligt sei. (ca. 1100)*

*Kopie saec. XII im Cod. can. der Biblioteca provincial in Tarragona cod. 26 fol. 200.*

*Dieses Stück, dessen Abschrift ich Prof. VALLS Y TABERNER verdanke, ist kirchenrechtlich ebenso interessant wie zugleich aufschlußreich für das damalige Kardinalskolleg und seine Funktionen. Der Kardinal Albert von S. Sabina kommt in JL. 5827 vom 11. April 1100 vor, und den Kardinalbischof Mauritius von Porto, von dem wir hier erfahren, daß er eine kanonistische Autorität war, kennen wir aus dem Liber pontificalis (ed. DUCHESNE II 296) und als Legaten in Genua (IP VI p. II 314). Das Kloster der hl. Fides in Barbastro war 1100 von König Peter von Aragon gegründet und mit Mönchen aus Conques besetzt (vgl. die Urkunde von 1101 bei RAMON DE HUESCA, Teatro histórico de las iglesias del reyno de Aragon IX 459 n. 14). Der mit besonderer Wärme genannte Bruder Bonifaz ist wohl der spätere Abt von Conques (vgl. das Privileg Calixts II. von 1119 bei WIEDERHOLD, Papsturkunden in Frankreich VII 46 n. 12).*

*Der Text läßt zu wünschen übrig; an einigen Stellen ist er abgerieben oder bis zur Unlesbarkeit verblaßt.*

<sup>a</sup> Hier fehlt wohl nur ein Anknüpfungswort, wie porro, praeterea oder etiam.



Albertus sancte R(omane) ecclesie sub titulo sancte Sabine presbiter cardinalis. Venerabili et dilecto in Christo confratri Poncio Rotensi qui et Barbastrensis episcopo eternam in Domino salutem. Quam deuotus et curiosus in dispensatione sacri et pontificalis ministerii sitis, luce clarius demonstrat questionum multitudo, quas per karissimum nostrum Bonifatium sancte Fidis modo a nobis exquisiuit debita ordini uestro sollicitudo. Unde magne uestre karitatis affectu ductus, ad explanandam tot utilium questionum solutionem sepe privatim, tandem in publico domnum M. uenerabilem Portuensem episcopum, uirum in ecclesiasticis consuetudinibus eruditum, ceterosque fratres nostros cardinales conuocauit et cum his, nil me solum agere uolens, de talibus conferre studui. Quod cum quedam ex his qualiter sint obseruanda sacris in canonibus repperiantur, mira tamen dispensatione a nobis<sup>a</sup> tractanda sunt, ne illis uideatur dari auctoritas licentie, qui non puro et integro corde affectant consequi donum remissionis et misericordie. Ad illos igitur sermo noster<sup>b</sup> est dirigendus, qui non sumunt occasionem peccandi ex impensa misericordia, sed qui pie uolunt uiuere in Christo, ut per bonorum operum exhibitionem ad gaudia transferri ualeant sempiterna. De cetero noueritis, quia post diutinam fratrum nostrorum collationem ea que karitati uestre dispensatorie dirigo, a domino nostro papa Pascali diligenter cum eis de fratribus nostris, presente predicto karissimo nostro Bonefatio mecumque conlaborante in scribendo et dictando, inuestigata et examinata pro authenticis sunt habita. Que cum sepe perlegeritis, memor mei<sup>c</sup> queso semper sitis in sacris orationibus uestris. Valet.

§ Si ordinati uno eodemque die per omnes gradus sacrificare possint, si ad hoc ministerium per bonam uitam idonei comprobati fuerint?

Manifestum censura canonum satis est, quia per legitima temporum interualla qui ordinandi sunt debent ordinari. Quod si tamen non simoniace quislibet omnes gradus pariter accepit, si talis eius uita comprobata fuerit, ut ad hoc ministerium dignus inueniatur, cum iniuncta penitentia potest ei sacerdotale officium concedi, quia, ut uerum<sup>d</sup> fatear, plus illi obfuit qui huiusmodi ordinationis auctor extitit, quam huic qui cum bona tamen deuotione ipsos sacros ordines suscepit.

§ Si confirmati a simoniacis debeant reconfirmari?

De illis qui nescienter confirmati sunt a simoniacis, nulla instruimur auctoritate, ut iterum debeant confirmari, quia, ut in sacris inuenitur canonibus, nulli sacramento faciendo est iniuria.

§ De his qui discredunt, quomodo debeant reconciliari?

Quicumque diabolica seductione ducti ad heresim uel ad Iudaisum seu ad paganismum uersi sunt, diuino tamen instinctu moti redire uolunt ad fidei unitatem, indieta misericorditer penitentia usque ad mortem cum manus impositione per sacram orationem suscipiendi sunt, ad nullos tamen<sup>e</sup> ecclesiasticos gradus promouendi.

§ Quod crux Domini uel calix non oleo, sed crismate debeant<sup>f</sup> inungi?

Crucem Domini uel calicem, unde interrogasti, non oleo, sed crismate pro consuetudine Romane ecclesie solemus inungere, quia et sic orationum instrumenta demonstrant, que<sup>g</sup> ad eiusdem ministerii ordinem pertinere uidentur.

<sup>a</sup> a nobis *von anderer Hand auf Rasur.*

<sup>b</sup> nostro.

<sup>c</sup> mei *nachgetragen.*

<sup>d</sup> uerus.

<sup>e</sup> tamen *fehlt.*

<sup>f</sup> debent.

<sup>g</sup> quo.



## § Utrum sit ieiunandum in uigilia epiphaniae?

In uigilia epiphaniae quod sit ieiunandum nulla sumus sanctorum patrum fulti auctoritate, sed celebraturi tante sollempnitatis<sup>a</sup> ministerium, quod ad eundem diem pertinet, solummodo dicimus, sicut in antiphonario uel sacramentario continetur<sup>b</sup>.

## § Quibus temporibus »Flectamus genua« dicatur?

Quod in quadragesima »Flectamus genua« feriatis dicatur, dubium non est, sed super hoc sabbato pasce et III<sup>or</sup> temporum sabbatis, excepto illo de ebdomada pentecostes, eo quod festiuos dies illos ducimus, »Flectamus genua« pro consuetudine nostra dicimus, cum constet etiam, quia in his diebus ordinationes possunt celebrari, quae<sup>c</sup> sine »Flectamus genua« agi non solent.

## § Qualiter Rome dicant uespere in nocte sabbati pasce?

In nocte uero sabbati pasce post communionem sanctam pro uesperis psalmum »Laudate Dominum<sup>d</sup> omnes gentes« cum Alleluia et Antiphona semel dicimus, deinde cum Alleluia et Antiphona »Vespere [autem] sabbati«, »Magnificat anima mea Dominum« prosequimur, domino papa ante ipsum altare, ubi canitur missa, »Gloria«<sup>e</sup> ad complendum dicente; sicque missa die illo finitur cum »Benedicamus Domino«.

§ Quod »Gloria in excelsis Deo« in aduentu<sup>f</sup> Domini non dicatur?

In festiuitatibus sanctorum aduentus Domini seu diebus dominicis »Gloria in excelsis Deo« non dicimus nec dalmaticis utimur, quia, quamuis gaudium adnuncietur natiuitatis Domini, dies modo sunt afflictionis et ieiunii. Verumtamen in festiuitatibus sanctorum nostrorum quidam astipulantur<sup>g</sup> debere dici »Gloria in excelsis Deo«, quod nonnulli faciunt, sed nos<sup>h</sup> ut in quadragesima opponimus sacri ieiunii temperantiam, quando ipsa »Gloria in excelsis Deo« non dicitur, ut demonstramus, quia in luctu sumus et penitentia.

## § Quod transfiguratio Domini sit celebranda?

Transfiguratio Domini non adeo festiue ut apud multos Rome celebratur, tamen euangelium et cetera ad eundem diem congruentia dicimus, non illis dissonando, qui festiue hunc diem sunt celebraturi.

§ Quod in quadragesima, si necesse sit<sup>i</sup>, dedicatio ecclesie debeat fieri?

In die consecrationis aeclesiarum, licet magna debeat agi sollempnitas, minime tamen inhibet Romane ecclesie consuetudo, quin in quadragesima necessitate exigente fiat ab episcopis altaris uel ecclesie consecratio, excepto quod non debet cantari »Alleluia«.

§ Si homicide facti monachi<sup>k</sup> possint uel quatuor gradus minores suscipere?

De homicidis, qui sumpto monastico habitu penitentiam in monasteriis agunt, patens ratio est, quod nec ad III<sup>or</sup> minores gradus promoueri possunt, cum etiam censura canonum eosdem<sup>l</sup> gradus amisissent, si post tales<sup>m</sup> ordinationes homicide esse comprobari potuissent. Alias autem pro seruitio aeclesie concedi potest, si aliquam litterarum scientiam<sup>n</sup> sortiti fuerint.

<sup>a</sup> tantam sollempnitatem.      <sup>b</sup> continet.      <sup>c</sup> qua.      <sup>d</sup> deum.      <sup>e</sup> Colle.      <sup>f</sup> aduentum.  
<sup>g</sup> astipulanter.      <sup>h</sup> non.      <sup>i</sup> sine cessesu.      <sup>k</sup> modo.      <sup>l</sup> eodem.      <sup>m</sup> talis.      <sup>n</sup> scientia.



§ De presbiteris uel clericis si pro suis criminibus debeant pelli ab aeclesia?

Inter penitentiam clericorum et laicorum distantia talis debet fieri, quia laici quod in seculo publice peccant, publice in seculo debent penitere; clerici uero uel presbiteri, ne illis uideatur dari licentia uagandi, si in seculo publice peniterent, pro qualitate culpe secundum deliberationem sui episcopi infra uel iuxta aeclesiam in loco constituto peniteant, donec satisfaciant.

§ Si paruuli pueri sint communicandi?

Pueros paruulos lauacro regenerationis susceptos si tales sunt, ut scienter possint comedere, communicandos censemus; alioquin solo austu dominici sanguinis sunt communicandi. Similiter<sup>a</sup> in morte eorum debet fieri.

§ De lapsis sacerdotibus si debeant in gradum pristinum restitui?

De<sup>b</sup> lapsis carnaliter sacerdotibus magna circumspectione considerandum est quod debeat responderi, cum et canones super hoc tibi uideantur diuersi et multa sint luxurie genera, que diuersis modis coinquinant hominem. Sed nos uolentes<sup>c</sup> canonibus ius suum seruaturis consona discernere, illos<sup>d</sup> dicimus posse per Dei misericordiam<sup>e</sup> releuari ad pristinae dignitatis statum peracta penitentia, qui non ex diutina deliberatione, sed fortuito labuntur et mox compuncti corde dolent nimium se perpetrasse quod non licuerat. Circa tales igitur absque ulla dissonantia canonum est exhibenda misericordia, quibus<sup>f</sup> est in mente non relabi, sed semper de uirtute in uirtutem proficisci.

§ De muliere que fornicatur<sup>g</sup> cum germano uiri sui uel cum huiusmodi, si uir<sup>h</sup> eius, quia non potest illam retinere, possit aliam ducere?

Si mulier fornicata fuerit non cum propinquo uiri sui, potest ei per misericordiam<sup>i</sup> peracta penitentia reconciliari. Si autem cum germano uel propinquo adulterio mechatur<sup>k</sup>, sine spe coniugii erunt. Similiter et uiro bonum esset in continentia perseuerare. Quodsi se continere non potest, dispensatorie concedi potest, ut aliam ducat, ne forte in peius ruat, quia huiusmodi<sup>l</sup> culpa non illi, sed adulteris est inputanda.

§ De muliere que ui oppressa est.

Si qua mulier a propinquo<sup>m</sup> uiri sui certa comprobatione oppressa fuerit, cum innoxia sit, potest misericorditer uiro suo restitui, quia [non coin]quinatur corpus nisi de consensu mentis.

§<sup>n</sup> Qualiter in Romana ecclesia misterium Dominici corporis et sanguinis administretur?

Quia de latere Domini exiit<sup>o</sup> sanguis et aqua in remissionem peccatorum, in dextero latere calicem cum uino [ponimus], hostia[m uero] in sinistro et pro sudario seorsum<sup>p</sup> inuolutum . . . . . plicatum pro consuetudine nostra . . . . . ab illo tamen dissonan[t qui] calicem [et] hostiam ponunt et cum corporali tam calicem quam hostiam. . . .

<sup>a</sup> simili et.      <sup>b</sup> Partem de.      <sup>c</sup> qualis?      <sup>d</sup> de illos.      <sup>e</sup> misericordia.      <sup>f</sup> qui . . .  
<sup>g</sup> qua fornicat.      <sup>h</sup> unlesbar.      <sup>i</sup> misericordia.      <sup>k</sup> et meca.      <sup>l</sup> huius modo.      <sup>m</sup> appropinquo.  
<sup>n</sup> der Schluß, von anderer Hand eingetragen, ist am Ende stark verbläßt und fast ganz unlesbar.      <sup>o</sup> exit.  
<sup>p</sup> storsum.



## IX.

*Die Kanoniker von San Juan de las Abadesas berichten dem (P. Paschal II.) über ihre Austreibung durch den Abt Richard von S. Victor in Marseille und den Grafen Bernard von Besalú und über ihre endliche Wiederherstellung.* (1115)

Ed. FR. MONSALVATJE Y FOSSAS. *Colección diplomática del Condado de Besalú IV (Noticias históricas XV)* 298 n. 2204 aus dem *Archivo general de la Corona de Aragon* («Pergamino de letra del siglo XI por catalogar»).

*Diese Denkschrift, die uns einen Blick tun läßt in die kirchlichen Gegensätze des Landes unter Urban II. und Paschal II., hat MONSALVATJE noch im J. 1907 im Kronarchiv benutzt. Als undatiertes Stück hatte man sie in das archivalische System BOFARULLS nicht einzureihen gewußt und deshalb wohl beiseite gelegt. Trotz alles Suchens hat es sich bisher nicht wieder auffinden lassen, was um so mehr zu bedauern ist, als MONSALVATJE'S Text recht schlecht ist und alle Emendationen unsicher bleiben, da wir nicht wissen, was auf das Konto des Kopisten — denn das Stück war wohl eine Kopie — und was auf das des Herausgebers, der kein Mann vom Fach war, kommt, und dessen falsche Lesungen zu notieren sich erübrigt.*

*Zur Erläuterung ist folgendes zu bemerken.*

*Der Verfasser ist ein Regularkanoniker aus Vich, ein Katalane von kräftigem Heimatsgefühl, der mit seinen Mitbrüdern nach der Beseitigung der Mönche und Nonnen aus Marseille nach San Juan de las Abadesas zurückgekehrt ist und nun dem Papste eine Denkschrift sendet, in der er mit erstaunlicher Offenheit, wenn auch nicht in allem genau — so macht er z. B. keinen Unterschied zwischen den beiden Grafen Bernard II. und III. von Besalú — und gewiß auch nicht mit unparteiischer Treue, aber mit genauer und richtiger Benutzung der Akten die Vorgänge der letzten dreißig Jahre schildert, von der Austreibung der regulierten Kanoniker im Jahre 1083 bis zu ihrer Wiederherstellung im Jahre 1114. Die Erzählung ist temperamentvoll, und beinahe rührend ist der Schluß mit dem Danke für das päpstliche Glückwunschsreiben vom 25. Oktober 1114 (ed. Papsturkunden in Spanien I 306 n. 40) und die Erneuerung des Privilegs Urbans II. (JL. 5395) durch die Urkunde Paschals II. vom 4. Dezember 1114 JL. 6415. So läßt sich die Zeit, in der das Schreiben abgefaßt wurde, genau bestimmen; es gehört in den Anfang des Jahres 1115.*

*Die Hauptpersonen, die darin behandelt werden, sind der Graf Bernard II. von Besalú, offenbar ein leidenschaftlicher, von starken religiösen Instinkten erfüllter, aber, wenn der Verfasser recht hat, auch zu Gewaltmaßregeln neigender Fürst — es ist derselbe, der sich im Jahre 1077 als Miles S. Petri bekannte und in der Reformbewegung unter Gregor VII. und Urban II. eine große Rolle gespielt hat (s. oben S. 35), und der Abt Richard von S. Victor in Marseille, der Kardinal und Legat Gregors VII., der »böse Feind« der Kanoniker von San Juan de las Abadesas und landfremde Tyrann (s. oben S. 35 ff.).*

*Der Bericht hebt an ganz im Sinne des Privilegs Benedicts VIII. vom Jahre 1017 mit der Erzählung von der Reform des Nonnenklosters und der Ersetzung der lasterhaften Nonnen durch Augustinerkanoniker aus Vich. Er erzählt dann die Umtriebe des Abtes Richard, der zur Abtei S. Maria de Ripoll auch das nahe San Juan de las Abadesas zu besitzen wünschte, und nachdem er den Landesherrn, den Grafen Bernard II., mit unendlichem Gold und Silber bestochen, sich des Klosters bemächtigte; dies geschah am 4. Januar 1083<sup>1</sup>. Die vertriebenen Kanoniker fanden eine Zuflucht in Vich, dessen Bischof Berengar, später auch Erzbischof von Tarragona, zugleich ihr Abt*



war; die dortigen Kanoniker räumten ihnen ihre Klausur ein. Weder Proteste noch das vom Bischof Berengar über den Grafen und über den Abt Richard verhängte Anathem hatten Erfolg. Endlich gab der leichtbestimmbare Landesherr nach, und am 21. Oktober kehrten die Kanoniker zurück. Der Graf gab sogar den Kanonikern im Jahre 1086 einen Freiheitsbrief, den er unter Vermittlung des Erzbischofs Gibelin von Arles (dessen Chronologie damit verbessert wird) feierlich beschwor. Bischof und Abt Berengar aber erlangte von Urban II. am 19. Mai 1089 das große Privileg JL. 5395, das ihn rühmte, weil er das Kloster von der *dominatio saecularis* befreit habe, und das die Augustinerregel der Kanoniker für immer bestätigte (s. oben S. 43). Bald darauf langte der Kardinallegat Rainer, der spätere Papst Paschal II., an und verkündete den Beschluß des von ihm geleiteten Konzils von Toulouse (1090) gegen die Entfremder der Besitzungen des Klosters. Aber Richard gab sich keineswegs geschlagen; er wußte den Grafen Bernard II. zu neuer Gewalttat und zum Einbruch in das Kloster zu reizen; der nahm den Kanonikern sogar ihre Privilegien (offenbar vornehmlich jenes Privileg Urbans II.) weg und ließ sie am 11. August 1090 ausweisen. Richards Triumph war trotz Papst und Legat vollkommen. An Stelle der vertriebenen Kanoniker holte er Nonnen aus dem Kloster S. Perpetua de Bruniola (Brignolles) herbei. So blieb es trotz aller Proteste bis zum Tode des letzten Grafen Bernard III. (1111). Die wirklichen Motive läßt der Bericht im Dunkel; es erscheint in ihm alles als Gewalt. Indessen wir besitzen noch eine Urkunde des Bischofsabts Berengar von Vich, der im Jahre 1098 auf seine Rechte an San Juan de las Abadesas verzichtete (ed. MONSALVATJE l. c. XV 316 n. 2211), und auch Paschal II. hat im Jahre 1113 diesen Zustand als legal anerkannt, indem er dem Kloster S. Victor in Marseille den Besitz von San Juan de las Abadesas bestätigte (JL. 6353). Nach dem Berichte habe Graf Bernard III. das den Kanonikern angetane Unrecht auf dem Totenbette (1111) bereut. Jedenfalls hat sein Nachfolger und Erbe, Graf Raimund Berengar III. von Barcelona, beraten von Olegar, dem Abt von S. Ruf, der schon damals eine entscheidende Einwirkung auf die Geschicke seiner Heimat auszuüben begann, um bald darauf der eigentliche Leiter ihrer Politik zu werden, die Kanoniker wiedereingeführt, denen die Regel von S. Ruf auferlegt wurde.

Diese zogen am 1. August 1114 zur Zeit der Ernte in San Juan de las Abadesas ein, empfingen das vom 25. Oktober datierte Glückwunschsreiben des Papstes, nachdem auf einer Verhandlung an der Kurie in ihrem Sinne entschieden war, und am 4. Dezember ihr Privileg. Ihre Freude sei so groß, daß sie selbst der wortgewandte Diktator nicht auszudrücken und der Feder des Schreibers nicht mitzuteilen vermöge. »Quod si placet, parati sumus recitare«. Jedenfalls ein merkwürdiges Schreiben und, wie ich denke, des Wiederabdruckes nicht unwert.

Quia licet alibi iustitia deperierit, tamen apud maiestatis uestre reuerentiam eam inconuulsam uigere confidentes, talem in sanctitatis uestre presentia de statu et negotiis et tractatibus ecclesie beati Iohannis Riupollensis offerimus querimoniam. Primum itaque uenerabilem uestrum sensum nosse uolumus, prelibatam ecclesiam, unde presens agitur negotium, clericos prius quam monachas multo tempore obtinuisse; clericis uero ibidem quiete manentibus, contigit secularem potestatem, comitem uidelicet Bisullunensem in prefatum locum suam introducere filiam<sup>2</sup>, cum qua et quedam alie collocatae ibidem, sicut postea patuit, manserunt, clericis nichilominus priorem dignitatem obtinentibus neque quippiam dominatus in earum introductione amittentibus. Post hec nefariis earum sceleribus exigentibus, que nec canonicis et apostolicis iudiciis, sicut in presenti scriptum habemus, secluse fuerunt, clericis ibidem positus et canonice atque apostolica auctoritate confirmatis.

Benedictus<sup>a</sup> episcopus seruus seruorum Dei . . .<sup>3</sup>

<sup>a</sup> Bernardus M.



Remota itaque canonico et apostolico iudicio illa fornicatrice congregatione et conuentu canonico ibidem sub abbatis manu confirmato, sine cuiuslibet persone inquietudine, longinquo annorum spatio, ut monstrauius in Barchinonensi concilio<sup>4</sup>, mansit prelibata clericorum conuocatio, donec Richardus tunc abbas Massiliensis cum suis monachis monasteria patrie nostre quasi per tyrannidem aggrediens cum comite Bisuldunensi donis effecit innumeris et immensis auri et argenti promissionibus, ut propulsis ab eadem ecclesia clericis, ipse ibidem introduceretur cum suis monachis. Comes itaque cecatus multo pondere auri seu argenti, ad ecclesiam beati Iohannis cum armata multitudine ueniens, clericos inde pridie nonas ianuarii, undecimo die post natiuitatem Domini, turpiter uerberando pugnis et calcibus expulit atque Richardum et Massilienses monachos cum tanta uiolentia introduxit. Expulsi ab eadem ecclesia clerici nichil penitus habentes consilii, sed ad sedem suam scilicet Ausonensem omnes pariter confugientes, episcopo suo<sup>5</sup> et conuentui prelibate sedis super huiusmodi tyrannide querimoniam profusis lacrimis obtulerunt, qui totis uisceribus condolentes et fraterna compassione tantis luctibus condescendentes statuerunt, ut de refectorio et dormitorio suo exirent et eos eiectos ad mensam et in cubilibus susciperent et omnibus ecclesie stipendiis subleuarent, donec ipsa iniustitia uel episcopali uel apostolica auctoritate uindicaretur. Tunc episcopus paratis sibi necessariis uidit per se<sup>a</sup> ipsum comitem Bisuldunensem et Richardum Massiliensem, abbatem quoque Riupollensem<sup>6</sup> et omnes super hac uiolentia primum redarguit, deinde secundo tertio ad satisfactionem commonuit, postea uelut inobedientes et iustitie resistentes anathematis gladio [percussit], donec ab eadem ecclesia cederent. Monachi [. . . uero] nimia pleni obstinatio et loci ambitione elegerunt potius in excommunicatione persistere quam amenitatem loci deserere. Insuper predia eiusdem ecclesie quibusdam fautoribus suis largiendo et aurum siue argentum, quod in ornamentis ecclesie a predecessoribus fabricatum fuerat, totum Bisuldunensium comiti cum infulis et cappis auro uel gemmis intertextis, ut eorum inobedientie consentiret nec eos ab eadem ecclesia remoueret, aut attribuerunt aut pro muneribus sibi collatis in uadimonio posuerunt. Ad ultimum ipsis non habentibus quid amplius conferrent, honore dissipato ecclesie et destructis possessionibus, religiosis quoque uiris et etiam secularibus contra comitem pro tanta iniustitia insurgentibus, acquieuit comes, ut ab eadem ecclesia monachi uiolenter ingressi remouerentur et clerici iniuste expulsi reducerentur. His itaque clericis per assensum consulis<sup>7</sup> et per excommunicationem proprii presulis in priori possessione post VIII menses et dimidium, duodecimo kalendas nouembris per festiuitatem beati Ilarionis reductis, statuerunt Deo attentius deseruire et possessionibus seculi omnino abrenuntiare et secundum beati Augustini regulam regi eterno in perpetuum militare. Quod ubi effectum attigit ab eisdem canonicis abbate regulariter electo, uidens comes loci prouectum in perfectione canonicorum et recognoscens, quot et quantas iniurias loco eidem et clericis irrogauerat, ueniens ad eandem ecclesiam in presentia B. Ausonensis episcopi, eiusdem loci abbatis<sup>5</sup>, et benigne memorie Gebelini Arelatensis archiepiscopi<sup>8</sup> et innumerabilium religiosorum uirorum confessus est, se tantam iniuste clericis iniuriam intulisse, et dictante domno Gebelino prelibato fecit cartam donationis et libertatis ecclesie beati Iohannis et clericis ibidem regulariter manentibus, [. . . quam adhuc] in presenti habemus:

Anno millesimo octuagesimo VI . . .<sup>9</sup>

Facta et corroborata huius donationis libertate<sup>9</sup>, uolens [idem] comes satisfacere irrogatis iniuriis coram prelibatis uiris super sacrosanctum altare beati Matthei eadem in ecclesia fundatum et super quattuor euangelia et lignum Domini in signo crucis loca-

<sup>a</sup> Die Stelle ist wohl verderbt.



tum, tale sacramentum propria manu Gebelini conscriptum dedit, quale in presenti paratum sumus referre:

Iuro ego B. comes . . . .<sup>10</sup>

Terminatis taliter his negotiis, uolens Ausonensis episcopus et abbas sancti Iohannis<sup>5</sup> cum canonicis ad aures uenerabilis memorie pape Urbani conuersionem et religionem canonicorum illorum nec non consulis donationem et libertatem deuenire, presentiam ipsius cum senioribus eiusdem cenobii canonicis adiit, ubi res diu agitata talem diffinitionem suscepit:

Urbanus episcopus seruus seruorum Dei . . .<sup>11</sup>

Post huius auctoritatis determinationem diuina inspirante gratia contigit, uos ad occiduas tenebras ex precepto domini Urbani pape ipsius legatione functum lumen iustitie conduxisse. Quod audientes prelibati cenobii canonici, congratulantes summopere super aduentu uestro cum ingenti caritatis feruore uos susceperunt et conuersionis sue uos futurum testem, si necessitas exigeret, constituere conati sunt, ubi cum audiretis canonicorum querimoniam super iniuria et dissipatione thesaurorum ecclesie atque possessionum, noluitis eis dare responsum, sed in concilio apud Tolosam habito uestro ex condicto conuocato, auditis utriusque partis rationibus, tale de his cum his qui aderant dedistis iudicium pontificibus:

In concilio apud Tolosam habito . . . .<sup>12</sup>

His ita, ut putabatur, sopitis et rebus ecclesie thesauris siue ornamentis omnibus, honoris etiam amplificatione per canonicorum curam in augmentum positis, ille antiquus hostis canonicorum nesciens sopiri, sed semper edoctus uigilare in aduersitatibus eorum, ille ipse Richardus nouam iterum pugnam aggrediens, nouum consilium adinuenit, quo et comitem Bisullunensem a sane mentis statu euerteret et canonicorum religionem in Dei obsequio studiosissime inuigilantem penitus peruerteret. Machinationibus itaque suis cum consule rursus patrat, uelut lupo ex insperato innocens ouile irrumpens, eodem comite premissis, ipse sicut totius facinoris patratore eius uestigia perstringens, claustrum cum suis monachis prelibati cenobii post eum irruens, inuenit eum adhuc eicientem canonicos turpibus uerberibus fatigatos et omnino inhoneste tractatos. Qui dum ad iustitiam et ad Romanorum auctoritatem priuilegiorum se reclamarent, comes timens, ne Romanorum scriptis pontificum omne illud negotium frustraretur in posterum, uniuersa priuilegia dotes et scripta, quecumque in auctoritate sui ordinis hactenus habuerant, eos alapis et pugnis tundendo extorsit. Seclusis autem ab eadem ecclesia III idus augusti uiolenter et inaudite canonicis, sublatis quoque per crudelissimam uim totius auctoritatis sue priuilegiis, sicut oues erraticae pastorali regimine destitute huc illucque dispersi sunt. Postquam uero canonici tam inhoneste discesserunt, Richardus ille Massiliensis quasdam sanctimoniales feminas a monasterio sancte Perpetue de Bruniola, quod est situm prope Massiliam, ubi dicite a parentibus fuerant et ordinis sui professionem fecerant, commendando illis amenitatem et fertilitatem loci, diuitias quoque et reditus honoris scriptis ostentando, sicut ipse testantur, remouit et Bisullunensium comiti eas transmisit, qui cum magna manu militum eas in litore maris apud Rossilionem eiectas suscepit et eas, canonicis, ut audistis, propulsis, in eorum loco contra proprii pontificis et canonicorum sedis Ausonensis obtestationem uiolenter intrusit. Introductis autem sacris mulieribus tam uiolenter canonicorum in loco<sup>a</sup>, tum destituti certis consiliis tum expoliati propriis priuilegiis, carentes, ut audistis, omnes proprietatibus, dispersi quoque diuersis in regionibus prelibati canonici longo tempore perdiderunt tempus queri-

<sup>a</sup> laboribus *M.*



monie, unde accidit eos non consequi luera iustitie, donec diuina gratia eorum condolente incommodis, secularis illa potestas, qui tot illis exaggerauerat miserias, comes uidelicet Bisullunensium, claudens cursus sui terminum, dum cetera uite presentis errata confiteretur, recognoscens se reum super donationibus<sup>1</sup> et libertatibus, quas fecerat prelibatis canonicis, et super sacramento, quod de stabilitate honoris et ordinis sui eisdem iurauerat, maxime de priuilegiis, que ipsis uiolenter sustulerat, dum graui languore deprimeretur, iniunxit cuidam sacerdoti plebano suo atque Petro Raimundi familiari militi suo, ut, si ab infirmitate ille nequaquam assurgeret, tunc prelibati loci canonicis illesa restituerentur<sup>13</sup>. Recuperatis siquidem auctoritatis sue priuilegiis, que diu fatigati tribulationibus innumeris obtinuerant, mox quasi totis resumtis iuribus huc illucque querimoniam suam uocibus assiduis extenderunt. Quorum querela prius pulsatus est episcopus<sup>14</sup>, secundo Barchinonensium comes, qui locum Bisullunensem susceperat<sup>15</sup>, cum episcopis comprouincialibus, unde prelibatus comes cum proprio episcopo et abbate sancti Rufi<sup>16</sup> ad predictam abbatiam uenientes canonicos inimia dispersione retroactis temporibus diuisos in proprium reducere cenobium. Recuperata itaque prisce cenobii habitatione die kalendas augusti, statim, ut messis eorum, que adhuc in herba florebat, consolationis uestre spirituali feruore ad exoptatam maturitatem festinaret, cum uocibus suis et priuilegiis sanctitatis uestre uestigia uisitare procurauerunt. Unde tam festiuum illis ex litterarum uestrarum salutatione uel monitu<sup>17</sup> atque confirmatione priuilegii uenerandi pape Urbani<sup>18</sup> gaudium illuxit, quantum nec sensus dictantis ualet depromere neque scribentis calamus sufficit percurrere. Quod si placet, parati sumus recitare.

<sup>1</sup> Dieses Datum wird bestätigt durch die Urkunde des Vicecomes Udalarð von Bas vom 7. Januar 1083 (ed. MONSALVATJE l. c. XV 294 n. 2201) für das Kloster *in potestate domini Ricardi S. R. E. card. et Massiliensis monasterii patris et in potestate domini Bernardi s. Riupollentis Marie abbatis* ... Merkwürdigerweise trägt dieses Dokument auch die Unterschrift des Bischofs Berengar von Ausona-Vich.

<sup>2</sup> Gemeint ist Graf Wifred «el Velloso», der 875 seine Tochter Hemma als Äbtissin in San Juan de las Abadesas einsetzte.

<sup>3</sup> Privileg Benedicts VIII. von 1016 ex. — 1017 in. (ed. Papsturkunden in Spanien I 258 n. 7).

<sup>4</sup> Vermutlich auf einer in den Jahren 1111—14 abgehaltenen Synode in Barcelona.

<sup>5</sup> Bischof Berengar von Ausona-Vich.

<sup>6</sup> Abt Bernard von S. Maria de Ripoll aus Marseille.

<sup>7</sup> Gemeint ist Graf Bernard II. von Besalú. Der Titel *consul* für die katalanischen Dynasten ist damals nicht selten.

<sup>8</sup> Erzbischof Gebelin von Arles nach Gams angeblich erst seit 1090.

<sup>9</sup> Erklärung des Grafen Bernard II. vom 13. Oktober 1086 (edd. VILLANUEVA, Viage liter. VIII 241 n. 14 = MONSALVATJE, Noticias históricas XI (Colección dipl. del Condado de Besalú I) 334 n. 353).

<sup>10</sup> Eid des Grafen Bernard II. ebenda und XV 323 n. 2216.

<sup>11</sup> Privileg Urbans II. vom 19. Mai 1089 JL. 5395.

<sup>12</sup> Protokoll über die Verhandlung auf dem Konzil zu Toulouse mit dem Schreiben des Kardinallegaten Rainer an die Bischöfe von Gerona, Ausona, Urgel, Elne und Barcelona (edd. VILLANUEVA VIII 245 n. 16 = MONSALVATJE l. c. XI 341 n. 361 und XV 323 n. 2216).

<sup>13</sup> Das Todesjahr des Grafen Bernard II. ist unsicher; MONSALVATJE, Not. hist. I 138, nimmt 1097 an. Ob hier er oder sein Nachfolger und Neffe Bernard III. († 1111) gemeint ist, steht dahin. Der Familiar Petrus Raimundi kommt in Urkunden jener Zeit öfter vor, so im Lehnseid Bernards III. vom 1107 (ed. MONSALVATJE, Not. hist. I 267 n. 12).

<sup>14</sup> Gemeint ist wohl Bischof Raimund von Ausona-Vich (seit 1109).

<sup>15</sup> Graf Raimund Berengar III. von Barcelona, seit 1111 Graf von Besalú.

<sup>16</sup> Olegar, damals noch Abt von S. Ruf, seit 1115 Bischof von Barcelona.

<sup>17</sup> Brief Paschals II. vom 25. Oktober 1114 (ed. Papsturk. in Spanien I 306 n. 40).

<sup>18</sup> Privileg Paschals II. vom 4. Dezember 1114 JL. 6415.



## X.

R(aimund Berengar IV.), Graf von Barcelona und Fürst von Aragon, an (P. Hadrian IV.): antwortet, daß er für die Herstellung der Kirche von Tortosa das seine getan habe, und berichtet über den Streit um den Campus s. Johannis und andere Angelegenheiten und empfiehlt ihm den Bischof (Gaufred) von Tortosa, seinen geheimen Rat. (1156)

Dieses wichtige Schreiben hat VILLANUEVA, *Viage liter.* V 263, aus einer alten Abschrift im Kapitelarchiv zu Tortosa herausgegeben; aber ich meine, daß es bisher nicht seiner Bedeutung nach gewürdigt worden ist. Über Absender und Empfänger kann kein Zweifel sein: jener ist Raimund Berengar IV., der Eroberer von Tortosa (1148) und Lérida (1149); dieser Hadrian IV., von dem wir erfahren, daß er bei jenen Ereignissen anwesend gewesen sei. Dies war er wohl, als er noch Abt von Sankt Rufus (1147—49) war, dessen Kongregation an der Wiederherstellung dieser beiden Bistümer in besonderem Maße beteiligt war. — Daß der Brief die Antwort auf das Mahnschreiben Hadrians IV. an den Grafen vom 20. März 1156 (JL. 10161) ist, hat schon VILLANUEVA erkannt. Er bezeugt, daß der Graf sich als Lehnsmann des Papstes fühlte und bekannte.

Venerabili domino et patri suo dilectissimo' christiane religionis Dei gratia summum apicem obtinenti, sanctitatis eius homo miles et seruus R. comes Barchinonensis et princeps Aragonensis totius salutis summam ac totum totum seipsum. In acquisitione Ilerdensis et Dertusensis ecclesie laborem ac sudorem nostrum partim oculis uestris uidistis, non uisa relatione percepistis. Hoc autem opus Dei, non nostrum fuisse, et scimus et credimus; ipsa quoque ad honorem ac seruitium [Dei] et ad augmentationem sancte Romane ecclesie addita esse gaudemus. Nos siquidem plurimis occupati negotiis, cum ad edificationem ecclesiarum plenarie sufficere nequeamus, pro constitutione et institutione seu informatione Dertusensis ecclesie sancte maiestatis uestre prostrati pedibus, etsi non corporali presentia, mentali qua possumus humilitate, obnixè supplicamus, ut, in quibus uobis uisum fuerit et benignitati uestre celsitudinis Dertusensis episcopus exposuerit, prefate ecclesie post Dominum primum uos fundamentum ponatis. Contentionis de Campo sancti Iohannis inter episcopum Dertusensem et Hospitalarios planam ac indubitabilem discussionem uobis annuntiamus, quod archiepiscopus Tarraconensis<sup>1</sup> et Guillelmus Raymundi<sup>2</sup> missi a nobis donauerunt medietatem campi illius ad necessitates pauperum Christi aduenientium in ciuitatem et transientium siue ibidem infirmantium; alteram medietatem ad cimiterium Dertusensis sedis, hoc idem, si uos iusseritis, iuramento probare parati, et nos ita concedimus<sup>3</sup>. De quibus prolixè uobis scribere superuacaneum duximus: de reuelatione scilicet beati Ollegarii, olim patris uestri<sup>4</sup>, de episcopis ecclesiarum uestrarum,

<sup>1</sup> Bernard Torts 1146—63.

<sup>2</sup> Der Dapifer Guillelmus Raymundi aus dem Hause Moncada und Graf Wilhelm von Montpellier waren neben den Genuesen und den Templern die Hauptbeteiligten an der Eroberung von Tortosa; dem Moncada gab Graf Raimund Berengar IV. schon am 3. August 1146 die Burg (Zuda) von Tortosa und ein Drittel der Stadt (vgl. BOFARULL, Colección de documentos inéditos IV 113 n. 51).

<sup>3</sup> Von dieser Angelegenheit sind die Urkunden, soviel ich sehe, nicht erhalten.

<sup>4</sup> Sankt Olegar, Bischof von Barcelona und Erzbischof von Tarragona † 1137, dessen Kult um die Mitte des XII. Jahrhunderts schon verbreitet war, früher Abt von Sankt Ruf in Avignon und als solcher »pater« des Papstes Hadrian IV., damals noch Mönchs in Sankt Ruf.



que sunt in partibus nostris, per uos ad religionem informandis<sup>1</sup>, de querimonia, quam habemus aduersus episcopum Pampilonensem<sup>2</sup>, de precibus, quas per archiepiscopum Ebre-dunensem, per episcopum Foroiuliensem, per nuntium nostrum magistrum Seguinum et per litteras nostras paternitatis uestre sublimitati destinauimus<sup>3</sup>. De his inquam et de aliis multis, que hic non apponimus, predicto Dertusensi episcopo, consilii nostri secretario intimo, quem<sup>a</sup> melius quam nos uos ipse<sup>b</sup> nouistis, sicut nobis credere poteritis<sup>4</sup>. Item itemque ualeat sanctitas uestra. Seruet uos Deus per tempora longa.

<sup>a</sup> quem *fehlt V.*      <sup>b</sup> ipsum *V.*

<sup>1</sup> Gemeint sind wohl auch hier die der Kongregation von Sankt Ruf angehörenden Bischöfe.

<sup>2</sup> Lupus, der in den Jahren 1156—57 die Verhandlungen zwischen dem König Sancho von Navarra und dem Grafen von Barcelona führte (vgl. BOFARULL, Colección IV 230 n. 87 und 247 n. 96; 260 n. 100).

<sup>3</sup> Es handelt sich um provenzalische Angelegenheiten (Erzbischof Wilhelm von Embrun und Bischof Peter von Fréjus).

<sup>4</sup> Gaufred seit 1151 Bischof von Tortosa, vorher Abt von S. Ruf und Ordensbruder des Papstes.